



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Sect. II. In quibus jure ordinario, & extraordinario Potestas admittendi
resideat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

est ex parte ipsorum , perpetuæ emittant. *d*
 In qua concessione nullus definitus est *d* Paul. III. p.
 numerus Coadjutoribus Temporalibus; at 29. &c.
 Spiritualibus vigesimus præfixus est; *e* *e* Paul. III. p.
 quam limitationem mox idem Pontifex 31.
 sustulit, concedens ut ad alios quoscum-
 que idoneos ea facultas protenderetur. *f* *f* Ibid. p. 52.

S E C T I O I I.

*In quibus jure ordinario & extraordi-
 nario Potestas admittendi resident.*

1. Igitur ex præmissis Pontificiis con-
 cessionibus Præpositus Generalis per
 se, & per alios admittere in Domibus, vel
 Collegiis, vel ubicumque libeat, poterit
 eos, qui ad Institutum Societatis idonei
 videbuntur. *g* At quibus, & quantum hæc
 facultas communicanda sit, judicabit idem
 Generalis. *h* Ordinario etiam jure admit-
 tere possunt Provinciales, & quidem
 etiam eos, qui sunt absentes. *i*

2. Extraordinariam potestatem admit-
 tendi habet quivis Commissarius Præpositi
 Generalis, vel ejusdem Provincialis. At
 Rectoribus Collegiorum, & Præpositis
 Domorum magis consuetum erit commit-
 tere, ut quos idoneos judicabunt Domi-
 suæ, aut in Collegio possint admittere,
 cura

*Facultas admit-
 tendi Ordinaria
 in Generali, &
 Provinciali.*

g P. 9. c. 3. §.
 1. & P. 1. c. 1.
 §. 1.

h P. 1. c. 1. §. 1.
i P. 1. c. 1. B. &
 Reg. Prov. 32.

*Extraordinaria
 in Visitationibus
 aliis.*

¶ P. I. c. I. B. cum præsentibus fuerint. Citra hanc commissionem neque Rector, neque Præpositus Localis ullum in Societatem admittat; sed de iis qui admitti petunt, ad Provinciam referat, quales illi sint, & quibus donis Dei præditi. m

mP. I. c. I. §. 2.
& Reg. Præp.
79. & Rect.
77.

SECTIO III.

Quomodo admittendi facultas exercenda.

Præstandum à non habentibus admittendi facultatem.

n P. I. c. I. §. 2.
& A & Reg.
Præp. 80. &
Rect. 78.

Curanda à Provinciali & Examinatoribus.

o Reg. Prov.
33.

1. **I**gitur quicumque Jus admittendi per seipsum non habet, aliquem nactus idoneum nostro Instituto, scribat ad Provinciam; ut proximè dictum est. Quod si necessitas urgebit, & qui admitti petit, valde idoneus videbitur: poterit Superior eum, tanquam hospitem, domi recipere, donec responsum à Provinciali accipiat; vel ad eundem mittere, si expedire judicaverit. n

2. At idem Provincialis curare debet, ne nimii sint nostri in hominibus ad Societatem alliciendis; sed per virtutes, & bonæ vitæ odorem omnes ad Christum trahere studiosè curent. Et tam ipse, quam is, cujus opera utitur ad admittendum, aut examinandum, habeat oportet cognitionem rerum Societatis, ac zelum boni pro-